



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

13 de Honoribus municipalib. & diuersa ex illis personarum distinctione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

Et munus quoque appellatione veniunt honores, & ita honor manus dicitur. *l. si quis magistratus, 9. de munerib. & hono.* Sed ea ratione, qua minus proficiat, non quando pro onere minus. Nam tunc, vt diximus, honor a munere differt: & ita verum est, quod dicitur, honorem sustinent manus inferri non posse: & contra, munus sustinenti, honorem deferri posse. *Modestinus, l. honorem, 10. eod.* Et videtur lex constituere honores duplices personarum, & patrimoniorum. *Vlpian. l. rescripto, 6. §. fiant: & sciendum, de munerib. P. l. 10. de vacat. mune. P.* Sunt enim res, quae possessoribus dant dignitatem, vt comitatus, feuda nobilia, & id genus alia. *¶* Manus æquiuocationem habet ad donum, & ad onus, quod cum remittitur, vacatio muneris dicitur, & ind: immunitas. Et ad officium, vnde & munera militia, id est, officia. *Paul. l. munus, 18. de verb. sig.* Manus Martiano, quod necessario subimus, more, lege, imperio eius, qui iubendi habet potestatem. Et ita distinguitur ab appellatione muneris, quod pro dono sumitur: cum dona sint, quae nulla necessitate iuris, officio, sed sponte praestantur. Ita latius patet muneris appellatio, quam doni, quia omne donum dici munus potest, non donum omne, munus, *Martianus, in l. munus, 21. 4. de munerib. & honor.* habet enim munus omne causam quandam, ob quam fit, quod donum non habet. *Paulus, l. interdum, 19. 4. de verb. sig.* Honor itaque cum dignitate erit munus, & sine dignitate esse possit. *¶* Munus secundum Varronem, quod muniendi causa imperatum, a quo etiam municipes, qui vna muneribus fungi debent dicitur. *¶* *Marcus Varro, 4. de lingua Latin.* *¶* Manus aut publicum seu civile, aut priuatum. Publicum munus dicitur, quod in administranda re pub. cum sumtu sine titulo dignitatis subimus. *l. honor. §. 1. de munerib. P.* Manus publicum, inquit Pomponius, est officium priuati hominis, ex quo commodum ad singulos vniuersosque ciues, remque eorum, imperio magistratus extraordinario peruenit. *l. pupillus, 23. 6. pupillus, de verb. sig. P.* Hinc & municipes illi quilibet loco munera, id est, officia municipalia capiunt. *d. l. munus tribus modis 18. de verb. sig. l. ad municipal. in P.* Priuatum contra erit munus, cuius utilitas ad priuatas pertinet personas. Est & quoddam munus publicum auctoritate, & priuatum utilitate: nempe quod auctoritatem habet a publica causa, sed utilitatem singulorum vt singulorum non vniuersis simul respicit, quale munus tutela, & cura. *¶* Hermogenes Iurisconsult. munera cuncta, in personalia, & patrimonialia diuidit, vt *Vlpian. l. 1. de munerib. in P. l. rescripto, 6. §. sciendum est. eo. tit.* Arcadius Iurisc. confertur membrum addit mixtorum. *in l. 18. l. munerum, de munerib. in P.* *¶* Personalium & quaedam cum dignitate & honore, quaedam sine dignitate. Personalia munera sunt, quae animi provisione & corporalis laboris intentione, sine aliquo gerentis detrimento perpetrantur: veluti tutela, cura, calendarii curatio, quaestura tyronum seu equorum productio, &c. *d. l. munerum, 18.* *¶* Patrimonialia sunt, quae sumtibus patrimonii & damnis administrantis expediuntur. *d. l. munerum, §. fin.* Et ex his, quaedam possessoribus iniunguntur, siue municipes sint siue non sint, qualia quae agris vel aedificiis indicuntur: alia quae non nisi municipibus & incolis. *l. rescripto, 6. §. fin. de muner. & honor.* Mixta sunt, in quibus corporale ministerium & patrimonii onus inest. *¶* Horumque omnium munerum, quaedam ordinaria, quaedam extraordinaria sunt. *l. omnes omnino, 4. de an. & tribu. l. 10. C. l. 1. de indiction. eod. lib. 10. C.* Rursum munerum alia rebus adherent alia indicantur: adherent praediorum collatio, viae stratio, angustiarum exhibitio, hospitium susceptio, aduersus quae nulla privilegia excusant. *l. sunt munera, 1. 1. de vacat. muner. P.* *¶* Nisi de his nominatim coaccessa, veluti nominatim immunes facti sunt ab angariis, & hospitio militum, professores artium liberalium. *l. in honoribus, 10. §. angariarum, de vacat. muner.* *¶* Differentia plures inter honores, & munera, ultra eam, quae oritur a nominis diuersitate, *l. si idem, C. de codic. veluti quod ad decurionatum, nemo post quinquaginta annos vocatur inuitus, quamuis si conseruerit decurionatum etiam post 70. recte gerat: non tamen munera subire cogatur. l. 2. §. fin. de decurion. lib. 50. P. tit. 2. 2. furdus & mutus omnino excusantur ab honoribus, Paul. l. honores, 7. §. 1. de decurion. P. l. 1. C. qui mort. se excuset. l. 10. C. l. frater, de excusat. tutor. §. Item furdus, quibus non est permissi. facere testam. non a muneribus, scilicet patrimonialibus: nam a personalibus excusantur. *l. qui morib. se excuset, 3. Vacatio muneris excusat a munere, sed non ab honore. Isabolen. l. cui muneris, 12. de muner. & honor. 4.* Sentium excusata munere, quod implendum labore & corpore, non autem ab honoribus, qui peraguntur con-*

filio. *l. 2. §. corporis, de vacatio. muner. lib. 50. tit. 5.* *¶* Commune vtriusque in ciuitatibus & municipiis honores & munera municipi per vices, & aetates, & gradus, iure antiquitatis distributi & defecti. *l. 3. §. praesens provincia, de muneribus & honor. P.* Item hoc generaliter communicat inter le honores & munera, vt in vtriusque considerandi sint primum ipsi honores, cuius gradus & dignitatis sint, & munera qualia sint: de hinc personae quibus deferantur honores, vel munerum administrationes: dehinc lex ex qua deferuntur, *Callistra. in l. honor. 14. §. de honorib. de munerib. & honor. P.* & formula seu ordo a lege constitutus.

¶ In honoribus ipsi gradus sunt multi, alique aliis maiores & minores, & digniores. Honorum quippe alii municipales, alii regii seu ab Imperatore concessi, qui potiores in dignitate. *l. 2. de albo scribendo, lib. 50. P. tit. 3.* Et qui principi digni viti sunt, multo magis in anterioribus sunt adiuuandi, vt ait Iustinianus *Cael. l. restituta, 6. de offic. d. m. for. iudic. l. 2. & 6. §. eos autem, vt iud. sine quoque suff. in a. u. b.* Atque princeps qui magistratum dedit, omnia necessaria censetur eidem decreuisse. *Vlp. l. quidam cum filium, c. 57. de re iudica. l. 4. 2. tit. 1.* Et vt scribit Theodericus Gothorum rex senatui Romano, non est maius meritum, quam gratiam inuenisse regnantium. Nam quibus fas est de cunctis optimos querere, videntur semper meritis elegerit. *Cassiodo. l. 1. Variar. epistola. 43.* Ceterum magistratuū & honorum delatorum a principe vel populo, olim gradus maiores & minores fuisse apparebit latius, cum de magistratibus, & eorum iurisdictione agetur.

De Honoribus municipalibus, & diuersa ex illis personarum distinctione. Cap. 13.

- 1 Honorum municipalium quaedam species.
- 2 Decurionum quid, & decuriones qui, & quare induci, & decuria quid, & 4. Colonia ad exemplum ciuitatis Romanae composita, eodem. Tribus & tribus quid, eod. Curiones & curia quid, eod.
- 3 Decuria iudicium qua, & quot.
- 4 Decurionum persona cuius debent esse qualitates, & qui possint esse decuriones. Salarium ex publico quidam decuriones accipiebant, eodem. Honores seu officia quis possit subire, eod.
- 5 Honoribus & muneribus quis excusetur.
- 6 Bona & facultates honores gerentibus requiruntur.
- 7 Equitum electio ex censu, & aliis rebus quando Romanis.
- 8 Decurionis constituendi census.
- 9 Dos uxoris non obligatur pro decurionatu mariti.
- 10 Honoribus fungi quis cogatur in loco originis. Munera vbi quis subire, & honores cogatur, eod.
- 11 Municipi qui dicantur.
- 12 Municipium qua faciunt, & 16. & 17. 18.
- 13 Materiam originem qui sequantur potius, quam patri.
- 14 Patria propria, & communis qua.
- 15 Manumissio facit municipem. Libertus patronorum sequitur originem, & domicilium, eodem.
- 16 Incolatus municipem facit.
- 17 Domicilium vbi quis habere dicatur, & 21. Peregrinari quid, eod.
- 18 Incolatus ciuitatis quis dicatur. Aduena quis, eod. Scholasticus decennio alicubi habitans incola fit, eod.
- 19 Domicilium transferendi libertas quando.
- 20 Domicilium in diuersis locis quando quis habere dicatur. Domus sola in aliena ciuitate domicilium non facit, eodem.
- 21 Domicilium vbi habet miles.
- 22 Domicilium uxoris sponsae & viduae vbi sit.
- 23 Domicilium vbi habere dicatur relegatus.
- 24 Honoribus & muneribus gerendis postulatus ab origine, patriae, domicilio, cui concedendus.
- 25 Honores & munera non continuanda inter patrem, & filium, & alios.
- 26 Honorum repetendorum qua intercedant interstitia temporum.
- 27 Honores & munera ordine municipibus deferri debent. Legatio decernenda primatibus, eod.
- 28 Honoribus maioribus functi, minoribus quando possunt assisti.
- 29 Honorati quomodo, & quo ordine sunt in albo scribendi.
- 30 Filii patri dignitatem addunt maiorem.

I Nec honores municipales, est ordo decurionum, optio-
 rum, duumvirorum, & magistratum municipalium, defen-
 sorum civitatum, legatorum. Et hinc annotamus pro instituta
 tractatione, alios decuriones dici, alios duumvros, alios municipi-
 pales magistratus, alios defensores civitatis, alios legatos. ¶ De-
 curionatus est dignitas municipalis. *Papinian. in l. Spuri. 6. de de-
 curio. lib. 50. P. tit. 2. & honor. l. ad decurionatum. 5. de vacatione
 minor. lib. 50. P. tit. 5. plebeius.* Ex cuius ordinae eliguntur tantum
 ad dnmuratus honorem, & ad alios, quibus fungi plebei non
 possunt. *P. in l. honores, 8. §. is qui non sic decurio, de decurion. in P.*
 Sicque itatur Aug istus, vt ad sube- da patriz munera, dignissi-
 meritis & facultatibus curiales eligantur. *l. ad subeunda. 46. de
 de curio. l. 10. C. tit. 31. Decuriones,* inquit Pomponius. *l. pupillus,
 139. §. decuriones, de verb. sig. in P. quidam dictos putant, ex eo quod
 in iuro cum colonia deducerentur, decima pars eorum qui deduce-
 rentur consilio p. l. ci gratia conscribi solita sit. Vocat fere semper
 his, consilio causa delectos, P. inius Secundus, de decurion. in P. in
 13. maiestatis & amplitudinis P. Rom. istae coloniae quasi effigies
 patriz simulacraque esse quaedam videntur. S. eque iustitians
 explicat in novella conscribit. 38. oi τὴν πολιτείαν ἡμῶν παλαιὰ κατὰ τὴν
 αἰῶνος ὄνδρα ἔχουσα κατὰ τὴν βασιλευσίου ἀδελφῶν μίμνησι, ἀθροῖσι
 καὶ ἑξῆς τῶν αἰῶν τῶν εὐχρηστών, καὶ ἑξῆς οὐ γὰρ ἡμῶν δῆμα βουλῆ δι' ἡ
 κούριε τί τε δῆμοια ἀεθλοῖται, ἀπαῖσα τε γινέσθαι κατὰ τὴν τῶ
 αἰῶνος, id est, qui nobis olim constituantur rempublicam, in ex-
 ceptis forent sunt, si ad imitationem regis urbis per singula municipi-
 pia nobiliores congregarent, & formam quandam senatoria curia
 constituerent, per quam & publica tractantur, & omnia recte fie-
 rent, & ordine. Populum autem Romanum ordine & dignitate
 diuisit Romulus ordine in tres partes, quas tribus vocauit: qui il-
 lis praetera tribuni dicti. De hinc tribus singulas in decem diuisit
 partes, quas curias dixit, quarum praefecti curiones. Curia rur-
 sum in decem curias diuisa, quarumque praefecti decuriones di-
 cti. *Dionys. Halicar. lib. 2. itaque primi singularum decurionum, vt
 scribit Varro, lib. 4. de ling. Lat. decuriones dicti. Et decurio a
 decuria Nonio Marcello vt a centuria, centurio. Placuit autem
 hoc nomen decurionis pro honoribus minoribus usurpare, non
 habita ratione numeri, sed quod in diuisiombus superioribus,
 decuriones a Romano in populo fuerint inferiores praefecti, ha-
 bentes tamen sub se curam eorum qui in decuria erant. Et proinde
 decuria effertur pro classe & ordine quolibet, neglecto nu-
 mero denario, vt & apud Vegetum. lib. 2. cap. 4. de re milit. De-
 curio is dicitur, qui non tantum decem, sed triginta duobus praef-
 ecti militibus. Et apud Ciceronem, pro Sexto Roscio & pro Cluen-
 3 tio decuriones municipiorum, pro senatoreibus eorum. ¶ Sic &
 Plinius lib. 33. cap. 1. D. Augusto, inquit, decurios ordinari, maior
 pars iudicum in aureo annulo fuit: isque non equites, sed iudices vo-
 cabantur. Equitum nomen subsistebat in turmis equorum publico-
 rum iudicum quoque non nisi quatuor suere decuria primo, vixque
 singula milia in decuria inuenta sunt, nondum prouincias ad hoc
 munus admissis: seruauitque in hodiernum est, no quis ex nouis ci-
 uibus in his inuacaret. Et postea, Plinius, lib. 3. c. 2. ubi etiam reliqua
 de equestri & iudicum decuria, vide & Suetonium in Augusto, ca.
 32. decuria quoque ipse pluribus discreta romanis bus suere. tribuna-
 rum arie, & sacerdotum, & iudicum. Praeter hos etiam nongenti
 vocabantur ex omnibus selectis, ad custodiendas causas suffragiorum
 in comitiis, tandem & quinta decuria a Curo adiecta. Et in seruo an-
 nulo iudices equitesque intelligebantur. Tradunt decuriam fuisse
 Romae classen, & ordinem a decies centies iudicibus appella-
 tam, qui in singulis curiis se debeant. Hic eque erat decuratio, in
 curias descriptio: & decuriatus, in curiam adscriptus. Erant & in
 palatio principis decuriones, in curia & inter seratores eius & si-
 lentiatios, de quibus in l. 1. §. 3. §. 10. in l. de silentiar. & decurio.
 l. 12. C. tit. 16. Meminit Suetonius, in Octauo, c. 46. exemplo vrbis
 Romae, decurias iudicum in colonis & municipibus, ab Augu-
 sto ordinatas. Ad hunc modum, inquit, urbis, vrbisque rebus
 administratio, Itaiam duodeviginti coloniarum numero dedu-
 ctarum a se frequentant, oportibusque, ac veltigalibus publicis,
 plurifariam exstruxit: etiam tunc ac dignatione vrbis quodammo-
 do pro parte aliqua adaquauit, excogitato genere suffragiorum,
 quae de magistratibus vrbis decuriones colonici in sua quisque co-
 lonia fortent: & sub diem comitorum obliquata Romam misse-
 rent, &c.**

¶ Itaque decuriones erunt in municipiis, qui adlecti sunt in
 ordinem ex pluribus idoneis ad munera & honores, de quibus
 lex municipalis disponit, numero, non quidem dea: rō consi-
 derato, sed alio constituto, & determinato, qui vbi plenus non
 est, alii in locum deficientium subleguntur, *l. 2. de decurionib. lib. 50. P.*
 quia ex utilitate ordinis est, ordinem semper plenum ha-
 bere. *l. 3. §. spurius, eod. tit. Ita secundum ordinem quo adlecti sunt,
 nisi quid aliud impediatur, deferuntur decurionibus honores, l. re-
 scripto, 6. de muner. P. l. ut gradatim, 11. eod. eoque illi subire, &
 munera, exemplo tutorum coguntur. l. si quis magistratus, 9. eod.
 dem. l. nam quod, ad Trebellian. in P. l. filios, Cod. de decurioni. facit
 lex. 3. Cod. de suspect. tutor. l. 1. de administrat. tutor. P. §. penult. de
 satisfat. tutor. Et eo nomine si non subierint ad damnum reipubl.
 tenentur. l. Lucius Titius, 21. ad municipal. P. Ordo gerendorum
 etiam honorum adhibitus, facit ne promissa facultate, liceat
 prius maiorem magistratum, quam minorem suscipere, neque
 omni etati, nec continuare honores quicquam possit. *l. honores, 14.
 §. fin. de munerib. neque quia magnos honores sequuntur mune-
 ra magna, ideo maioribus omissis, minores contra ordinem ac-
 ceptare quicquam possit. Ulpianus, in l. 1. §. qui in fraudem, de va-
 catione muner. l. 50. P. tit. 5.**

¶ In personis decurionum & aliorum honorum considera-
 mus, vt sint huic muneri idonei, qualitate & patrimonio. *l. rescri-
 pto, 6. de muner. & honorib. l. ut gradatim, 11. eod. Qui non prohi-
 bentur, decuriones esse possunt, l. expertes, 16. de decurion. lib. 50. C.*
 Minores 25. annis quidem decuriones esse possunt ex causa
 tantum, & sportulas accipiunt, veruntamen suffragia non ferunt.
*Callistr. l. non autem, §. 1. & Papinianus, in l. spuri. 6. §. 1. de decuri-
 on. P. l. ad temp. 8. de muner. P. Salarium enim quidam accipie-
 bant de publico decuriones. l. Herennius, 10. de decurio in P. Non
 possunt decuriones creati nauicularii, *Paul. l. Senecus, 9. §. 1. de de-
 curio. P. creati tamen muneribus compelluntur fungi. l. semper, 5.
 §. si de iure immunita. P. Reiciuntur & submoti ab ordine ob cri-
 men ignominiosum. l. 3. §. l. ad tempus, 5. de decuri. P. l. ordine, 15.
 ad municipal. P. Item debitores reipublicae, ex anteriori admini-
 stratione reliquari: nisi prius soluerint, *l. rescripto, 6. §. debitores,
 de mune. & hono. P. l. 1. de debitor. ciuita. vel cauerint, seu fideiussor-
 res dederint, quia & tunc soluisse videntur. l. rescripto, §. si quis.
 Exalta tamen causa vt ex mutuo debitor reipublicae eius hono-
 ribus fungi potest. d. l. rescripto, §. sed debitor. Item reiciuntur a
 nouo honore, criminum rei facti, ante sententiam absoluti. *l. is,
 l. reus, 7. de munerib. P. tamen antiquum & possessum retinent. l.
 libertus, 17. §. in questionibus, ad municipal. P. Ceterum sine legiti-
 mo accusatore, nemo ab honoribus arceatur. d. l. rescripto, §. si quis.
 Impuberes non sunt ad honores admittendi, etiam penuria per-
 sonarum, nisi alia sit lex municipalis. l. 2. §. 1. de iure immunita, lib.
 50. P. tit. 6. & nisi, idque raro, ad tribunatum. l. fin. C. de testam-
 mil. l. Lucius, 6. §. fin. ad municipal. P. In adultis tamen, aliter sta-
 tuatur, *l. cum filius, qui etat. se excus. l. non tantum, §. 1. de decurio. P.*
 quamuis in decurionatu, & patre pro infante se obligant, infan-
 tem decurione in fieri responsum sit, *Paul. l. Lucius Titius, 21. §.
 pro infante, ad municip. P. l. 1. de mun. & honor. lib. 50. C. Admittuntur
 etiam alloquin idonei: cuiuscuique superstitio nis sint, iure
 civili. *l. omnes, 48. de decurion. lib. 10. C. l. 3. §. si de decurion. P. Spurius
 quoque idonei probi, & moribus, & facultatibus: nisi alii legiti-
 mi cum illis concurrant, quibus cedunt. Idem de natis ex in-
 cestu. Nec impedienda est dignitas eius qui non huius admittit. l. spu-
 rii, 6. §. lib. 3. §. spurias, de decurion. in P. Quomodo in aliis di-
 gnitatibus sine gratia vix admitti possent. *capit. 1. de filis pres-
 bytero. capit. 3. eod. l. legem, & l. final. Cod. de natural. liber.*
 Nec reatus patris impedit honores filii. *l. 3. §. quod si pater, de mu-
 nerib. & honoribus. P.*******

¶ Excusantur tamen a decurionatus honore & aliis mune-
 6 ribus, infantes minores 25. maiores 50. annis. *lib. 2. §. final.
 de decurion. P. l. ad republ. de muner. Verum minoribus aeta-
 tis annos tot, quot filios susceperunt, liberi suppleant. lib. 2.
 de minorib. 25. ann. P. Honor quoque excusat a munere, sed
 non munus ab honore. *Modest. l. honor. 9. de muneribus &
 honori. P. Aliqui namque habent vacationem munerum, ve-
 rum non ideo excusantur ab honoribus, suscipiendis. l. cui mu-
 neris, 12. eod. Quidam etiam, qui iure possunt excusari propter
 necessitatem & penuriam hominum, ad honores nouos vel
 repetitos praeter legem vocantur. l. ut gradatim §. quoties, Pa-
 pinia. l. estimationem, 16. §. fin. de munerib. & honor. l. honor. 14. §.
 fin. eod. Alii qui excusatione legitima habent, eam alibi quau**

apud iudicem non possunt opponere ex arbitrio l. de vacat. muner. lib. 50. P. i. §. Quia & quædam excusationes tempore & causa aboleri possunt, vt paupertatis, adactis facultatibus, l. honorib. 10. §. autem, de vacat. muner. legationis intra tempora legationis, & concessæ vacationis, non postea. l. legato, 1. de vacat. muner. Comites ita tempore præsidium, proconsulum, procuratorum Cælaris simul & a muneribus, d. l. legato, l. eos, de excusa. munerum, l. abesse, quib. ex cau. maior. P. & honoribus excusantur. Proinde notione dignum iudiciali qui excusantur in perpetuum, & qui ad tempus. Sunt qui non possunt dare operam ciuilibus officiis, ob valetudinem, vel ob sacerdotium perpetuum. Quare merito excusantur & ob similes causas, ob quas impediatur quoque rebus suis superesse. Vbi l. prator, eos. 13. de vacat. muner. l. infamia, & de decurion. lib. 10. C. Qui sponte autem honorem decurionatus subit, cum excusare se possit, ab albo eximi nequit postea, licet se annosum dicat. l. 3. de decurion. lib. 10. Cod. l. 1. 2. 3. de iis qui sponte public. muner. subeunt. lib. 10. C. tit. 43. l. penul. §. si de iure immunit. l. fin. de priuileg. veteranor. l. a decurionatu, de vacat. munerum, P. Verum tamen si pacta quædam adiecta sunt & conditiones in suscipiendo honore, conseruari oportet, vt ultra, qui excusare se poterat, non teneatur. l. 2. de iure immunit. in P. 1. & fin. de his qui sponte public. muner. obeunt. lib. 10. C. tit. 45. In metallum damnatus & restitutus, perinde ac si nec damnatus fuisset, ad munera & honores vocatur: nec opponit fortunam & casus tristes suos, ad hoc solum ne patria idoneus ciuis esse videatur. l. 3. §. si in metallum, de muner. & honor. in P. In tempus tamen relegatus & reuertus, in ordinem redigi sine rescripto principis non potest. Papien. l. Imperatores, 13. de decur. P. Milites quandiam militant & sunt in castris excusantur a muneribus municipalibus, videlicet personalibus. d. l. 3. §. 1. Corporalia munera scemini ipse sexus denegat, quominus honores vel munera iungantur. d. l. 3. §. corporalia. paucis exceptis de quibus in l. 2. de reg. iur. l. vnic. de mulieri. & in quo loco, & c. lib. 10. C. tit. 62. Excusationem ab honoribus non dat decurionatus, etsi ipse honor sit. Martia. l. ad decurionatum, 5. de vacation. muner. P. Etas 70. annorum, nec quinque liberti ab honore non excusant, nisi a sacerdotio prouincie. l. 2. & in l. honoribus, 8. de vacat. muner. P. l. semper, 5. de iure immunitat. Nec patria potestas impedit, quin filius familias ad honores vel munera euocari possit. l. si filius, 5. de decurion. lib. 10. C. Non debent autem nauicularii decuriones creati, l. Senecus, §. fin. 9. de decurion. P. si tamen honorem decurionatus agnouerint compellendi sunt subire munera publica. l. semper, 5. §. fin. de iure immunitat. P. Utensilia vendentes, licet ab ædilibus cedantur, tamen decuriones possunt esse. l. eos qui, §. fin. de decurion. P. Libertus si filius auroreorum annulorum adeptus non est, nec restitutus natalibus, decurio esse non potest: & si se ingerat, aut passus est se creati, punitur, & remouetur. l. si seruus aut liber ad decurionatum aspirat. lib. 10. C. tit. 32. Idem de seruo statuerit. l. 2. cod. tit. si seruus aut liber, & c. Transmarina legatio a municipibus alicui ad principem decreta, biennii vacationem munerum ciuilium & honorum tr. but. l. 3. de legato. lib. 10. C. tit. 63. & quæ diu est in legatione, l. 4. Cod. de legatione & a tempore quo electus est, Scauola, l. legato, 5. cod. tit. de amplex. rñs olacvñ aines dñs oñs rñs spar elac, id quæ nullus dñs arat & qñ ñ ægñs rñs, Instiman in legibus militaribus l. 2. id est, ex quacumque causa cum ignominia milita eieci nullos honores obinere, aut gerere possunt. Si quis desertorem prodiderit, medio cris loci ingenus immunitate quoque potitur. l. 1. de desertor. lib. 12. C. tit. 46. §. Facultates porro & honori publico conueniant, & ideo constituto, qua cauum est, prout quisque decurio creatus est, vt ita magistratum adipiscatur, toties seruari debet, quoties idoneus & sufficientes omnes esse contingit. Ceterum si ita quidam tenues & exhausti sunt, vt non modo publicis honoribus impares sint, sed etiam vix de suo victum sustinere possint, & minus vile, & nequaquam honestum est, talibus mandari magistratum: præsertim cum sint, qui conuenienter reipublicæ & suæ fortunæ, & splendori publico, possint creati. Quanquam nec locopletores hoc prætextu legis debeant præferri. Papien. in l. rescripto, 6. de muner. lib. & honor.

¶ Quæ admodum in equitum decuriis quatuor, exigebantur quadraginta millia sestertia in censu, vt ait Plinius, lib. 33. ca. 2. & Martialis, lib. 5.
 Quadraginta secat. qui dicitur a pte, &
 Uno credit equo posse sedere aut ut
 Donec ad tres iudicum decurias Augustus quartam addidit ex inferiore cet. fu. quæ decenariorum vt cæretur, iudicaretque de

leuioribus summis. Suet. Tranquil. in Augusto. cap. 32. ¶ In decurionatu etiam obtinendo centum millia requisita testatur & Plinius in Epistolis Romano Firmo scribens, Plinius, l. can. du. lib. 1. epistolar. Romano Firmo. Esse, inquit, tibi centum millium censum, satis indicat quod apud nos decurio es: igitur vt te non decurione solum, verum etiam equite Romano perficiamur, offero tibi ad implendas equestres facultates trecenta millia numum. ¶ In perpendendis facultatibus, honorum & munerum subeundorum gratia, dos vxoris deducitur. l. Lucius Titius, §. ad rem respondit, in 3. ad municipal. quia vxor, cuius dos, in rebus, l. C. de iure dotium, pro marito decurione conueniri non potest. l. vxorem, 11. de decurion. lib. 10. Cod. l. 2. & 3. ne vxor pro mar. Cod. Nec enim quia in primipilo dos est obærata fisco, l. satis, quib. causi. pign. rati. contraha. Cod. l. 4. de primipilo, lib. 12. C. ideo putandum est obligatam ciuitati, vel municipi: quia ciuitas non habet fisco erga debitores priuilegia. l. simile, 10. & l. Lucius Titius, 21. §. si ad municip. in P.
 ¶ Consideratur & lex municipalis vel alia priuata, cui adhaeret conditio & formula concedendi honores municipales, item substantiam & accidentia. Lex communis est, vt quis teneatur honoribus fungi in loco originis proprie vel aui, vt nec adoptio eum liberet, quæ tamen eum nouis adstringit, vt vbi pater adoptiuus est, teneatur quoque gerere, a quibus nihilominus emancipatione liberatur. Paul. l. ordine, 15. §. fin. & Hermogen. l. sed si is, 16. in princip. & §. in adoptiuo legis liberius 17. ad municipal. in adoption. de adoptio. Cod. Et ita lex honores & munera decernit municipibus & incolis etiam inuitis. l. 1. 2. & §. fin. de municip. lib. 10. C. tit. 38. l. priuilegio. 6. de incol. lib. 10. C. l. 39. de munic. in P. alii qui stat tantum sine domicili electione in ciuitate, minime. l. 3. de incolis, lib. 10. C. tit. 39.
 ¶ Municipales dicuntur proprie munerum participes, recepti in ciuitate, vt nobiscum munera facerent: sed nunc quoque abusu municipes dicimus cuiusque ciuitatis ciues, vt puta Campanos, Puteolanos. Papien. l. ad municipal. P. Paul. l. muneribus modis, 18. de verb. sig. Gellius fere, fed significantis eadem refert: & inter colonias, & municipalia dicitur, & melioris conditionis esse quam colonias municipia, cum municipia suis legibus moribusque vt possint, colonias autem Romanorum, iura iustitiamque omnia populi Romani, non sui arbitri haberent. Municipis itaque, inquit, sunt ciues Romani, ex municipiis suo iure & legibus suis vientes, muneris tantum cum populo Romano honorari participes, a quo munere capessendo appellati videntur, nulla aliis necessitatibus, neque vlla populi Romani lege adstricti: cum nunquam populi Romani eorum ager factus est. Et postea distinguit inter municipes ratione honoris ab iis, qui etiam si frangitius habebant. Primos autem, inquit, municipes sine suffragiis iure, Ceteris esse factos acceptimus, concessimusque illis, vt ciuitatis Romana honorem quidem caperent, sed negotiis tamen atque oneribus vacarent. Gellius, lib. 16. cap. 3. Fuerunt namque varii generis ciues Romani, nempe alii coloni, alii municipes, alii ex præfectura aliqua, alii ciues modo Romani. Nam qui ex nullo municipio, nulla colonia præfectura ve Romana erant, sed in vrbe, suburbanove agro nati, vel ex seruis, & viliis gentibus externis, libertate, vel ciuitate donatis, speciali priuilegio, quarum quoddam genus ciuium constituebant. Variæ proinde istæ ciuium nomenclaturæ, sicut & externæ gentes, in Romani populi amicitiam aut ditionem venientes, variis generis ac conditionis erant, vt alie liberæ, alie fœderatæ, alie stipendiariæ, alie Latine, vide Alciatum, 1. parerg. cap. 14. Buden. annota. postero. in P. ¶ Municipem itaque, teste Vliano, in l. 1. ad municipal. P. aut natiuitas facit, aut transumissio, aut adoptio, aut domicili electio, seu incolatus. dicit. l. 1. ad municipal. Paul. l. municipes, l. 228. de verbo. significat. P. l. assumptio, 6. ad municipal. P. l. 4. de municip. lib. 10. C. Natiuitatis locus proprius, & patris, d. l. assumptio, §. 1. ad municipal. P. l. 3. de municipib. lib. 10. Cod. tit. 38. l. exemplo, 36. de decurion. l. 10. Cod. & aui, Paul. l. libertus, 17. §. in adoptiuo, ad municipal. facit aliquem municipem. Ita origo erit propria, & aliena consideranda. Qui ex duobus Campanis natus est, matre & patre, Campanus est: si pater alterius originis, quæ mater, patris non matris originem domicilium patris filius sequitur, l. 1. §. qui ex duobus, ad municipal. l. exemplo, 36. de decurion. lib. 10. C. l. nullus, l. 44. cod. quamuis in matris natus sit ciuitate. l. 3. de municip. lib. 10. C. Nam certe tunc, natiuitate propria verius est eius loci esse municipem, non matris causa. ¶ Qui tamen patrem iustum non habet, primam originem a matre enumerare debet. Neratius, l. eius qui, 9. ad municipal. Papien. 1. §. si. cod. tit. 38. l. 1.

801. l. 22. de decurion. C. lib. 10. Legitimum tamen naturalem sequi originem patris naturalis, exemplo ad optuorum voluit Accursius in d. l. 3. de municipilibus. l. 10. C. Sed & singulari iure ex filiabus in urile iulorū, & alienae originis hominibus nati sequuntur iura maternae conditionis. l. i. qui. 12. de iur. leg. lib. 11. Cod. tit. 7. Sicut ex inquilina domus Imperatoris natus, l. nati. 29. de decurion. lib. 10. C. & ex adscripticia & seruo, leg. ne dicitur, 20. de agricol. & censib. lib. 11. C. tit. 47. quive ex matre, quae privilegio loco nata est. l. 1. §. qui ex duobus, ad municipal. P. l. neque Doroborum. l. 6. de decurion. lib. 10. C. ¶ Porro quilibet habere patriam censetur, ubi natus est, l. vbi natus, l. qui ex vico, 30. ad municipal. P. videlicet propriam: patriciat autem cum paterna, vt & communem habere videntur omnes Romani. l. Roma, 33. ad municipal. P. ¶ Ulpianus, in urbe Roma. 17. de stat. homin. P. ¶ Manumissio dicitur facere municipem, vt seruus manumissus, seu libertus eius censetur originarius ciuitatis, & in ea muneribus, & honores subire cogatur, in qua natus est manumissor patronus, & habet domicilium: nec solus ille libertus, sed filii eius. d. l. assumtio, §. filii. l. libertus, 17. §. ex causa, l. filii, 22. l. eius qui, 27. ad municipal. P. l. 3. de municipib. lib. 10. C. tit. 38. Et si plures sint patroni, omnino quoque libertus sequitur originem, & domicilium. l. si quis, 7. municip. P. ¶ Adoptio quoque facit, vt quis municipis fiat, etiam in loco cuius est adoptus municipis, vel originarius, vel ratione domicilii, huiusque loci vltra propriam originem & patris naturalis, muneribus cogitur subire, l. ordino, l. 15. §. fin. ad municipal. P. verumtamen si emancipatur ab adoptiuo patre, desinit esse filius, & ciuitatis ciuitatis, cuius per adoptionem fuerat factus. Hermogenes, l. sed est is, 16. ad municipal. P. in omnium, de adopt. P. l. penul. §. sed haec omnia, C. cod. tit. ¶ Incolatus etiam cum domicilio subiicit aliquem muneribus, l. de municip. §. origin. lib. 10. C. tit. 8. l. 1. 3. 4. 5. 6. de incolis, lib. 10. C. tit. 39. & domicilium municipem facere ita potest, l. filii, 22. §. municipis, ad municipal. P. Difficile autem est sine domicilio quemquam esse, quamuis aliquando, si quis nauiget vel iter faciat domicilio relicto, quarens quo se conferat, vel ubi consistat, sine domicilio sit. Paul. l. eius qui, 27. §. Celsus, §. sequent. ad municipal. P. Ciues, inquit Augustus, facit origo, manumissio, adlectio, vel adoptio: incolae autem, ex edicto Adriani, domicilium. ¶ Nec ambigitur in eodem loco singulos habere domicilium, ubi quis laeum, rerumque ac fortunarum suarum summam constituit, vnde rursus non sit discessurus, si nihil auocet, vnde cum profectus est, peregrinari videtur, & si rediit, peregrinari destitit. l. ciues, 7. de incolis, lib. 10. C. ¶ Incola non est ciuitatis, qui in agro permanserit: quia non vitare praecipis eius ciuitatis. Modestinus, l. scire oportet, 3. 4. ad municipal. P. Incola est, inquit Pomponius, qui in aliquam regionem domicilium suum contulit, quem Graeci menses vocant: nec tantum qui in oppido morantur incolae sunt, sed etiam qui in aliquo oppido sibi vna agrum habent, vt in eum se quasi in aliquam sedem recipiant. Pomponius, in l. pupillus, 239. §. incolae, de verb. sig. Est incola & quem Graeci ἀποικιστορας, appellant, Latini aduenam, d. l. pupillus §. aduenam. eodem modo sedē elegerit, alioquin enim ad alios pertinet, quam incolae aduenae nomen. Siquidem neque qui studiorum causa alicubi moratur, ideo incolae sunt, nisi decennio morati sunt, l. 2. de incolis, lib. 10. C. nec qui frequentius locum inuisum aliquem, vel alia de causa inibi quam animo habitandi degunt, incolae sunt, nec domicilium habere ibi dicuntur, d. l. 2. §. 3. de incol. C. & tamen aduenae sunt. l. h. 21. vs absens, 19. §. proinde, de iudic. in P. l. 5. tit. 1. ¶ Ceterum aliis de causis quis domicilium quam ratione longae seu decennalis habitationis sibi alicubi constituisse videtur tacite, vt si per gulam, officinam, horreum, armarium, tabernam conduxit, ibique distrahit, vel egit: quia is perinde conuenitur, ac si haberet ibi domicilium. d. l. §. proinde, §. l. eius qui, 27. ad municipal. P. Et qui alicubi diuitis habitat, censetur ibi elegerit domicilium. l. lex Cornelia, §. si tamen, §. domum de iniur. in P. Eligunt enim & dignitate, qualē habent in urbe Rom. electi in senatores, l. ciues, 7. §. l. senatores, §. de incol. lib. 10. C. retento etiam primo alio, quo ad honores, non autem quod ad munera pertinet. l. penult. de senator. in P. l. municipis, 23. ad municipales P. l. filii, 22. §. senator, §. sequen. eod. tit. Atque re & factō transferuntur domicilium, non nuda contestatione. l. domicilium, 20. ad municipal. P. ¶ Libertas autem concessa est habendi & transferendi, Martia. l. nihil est impedimento, 31. ad municipal. in P. dummodo quis iam ad munera designatus non sit, vel honores non gerat in eo loco a quo transferri desiderat: tunc enim non licet, antequam his perfunctus sit. l. incola, 34. ad municipales P.

¶ Sic domicilii ratio temporaria est, Paul. l. liber. 17. §. parris, ad municipal. l. non vique, 4. §. l. Labeo, eod. & ex destinatione. Quo fit, vt aliquando, quamuis difficile sit, duobus locis aequaliter instruat, vtroque ex destinatione esse domicilium, si aequaliter quis in vtroque frequenter. l. eius qui, 27. §. Celsus, ad municipal. P. Sola tamen domus comparatio vel possessio, in aliena ciuitate domicilium non facit. l. libertus, 17. §. sola domus, ad municipal. P. ¶ Miles domicilium habet, ubi inhaeret. Hermogen. l. 24. municipis, 13. §. si. ad municipal. P. ¶ Vxor domicilium & forum maritorum sequuntur, vt etiam viduae, quandiu viduae remanent, vt & dignitate mariti gaudent, hoc tempore, & munera vt incolae subeunt, l. fin. de incol. lib. 10. C. l. filii, 22. §. vidua, §. l. fin. §. item rescriptum, l. mulierem, ad municipal. P. l. exigere, de iudic. P. dummodo matrimonium sit legitimum: alioquin enim non ibi muneribus fungi cogi possunt, vnde mariti sunt earum, sed ubi ortae sunt, Callistr. in l. de iure, 37. §. final. ad municipal. P. l. vnic. de mulierib. §. in quo loco, lib. 10. C. tit. 62. Habetur enim pro nullo, & perinde, ac si non esset, §. si aduersus, de nuptis. Quemadmodum nec desponsata, scilicet per verba futuri matrimonii, ante contractas nuptias, mutat domicilium, Modestinus, l. eaque, 33. ad municipal. P. ¶ Relegatus & domicilium habere potest in eo loco a quo arcetur, l. eius qui, 27. §. fin. ad municipales P. nam & inibi procuratorem habere potest. l. Papinianus exsul, de minor. P. Interim tamen & domicilium quoque habet necessarium in eo loco, in quem relegatus est. l. filii, 22. §. relegatus, ad municipales P. Concurrunt aliquando in deferendis muneribus loca originis propriae, paterna, domicilii, & alia quae diximus, quorum muneribus obnoxius quis est in singulis municipiis, & iurisdictioni municipali. Incola. §. h. 29. ad municipal. l. 1. de municipib. lib. 10. C. Quo casu, originis causa potior est, l. libertus, 17. §. praescriptio, ad municipal. quia non sunt eodem tempore honores in duabus ciuitatibus ab eodem gerendi. d. §. praescriptio, l. si. Cod. de assesso. l. 1. quemad. cini. munera. indicuntur. l. 10. C. tit. 42. Porro de iure incolarum, quos quaeque ciuitas sibi vindicat, praesidium prouinciarum cognitio est. Et si quis se negat incolam esse apud eum praesidem prouinciae agere debet, sub cuius cura est ciuitas, a qua vocatur ad munera, non apud eam, ex qua se dicit oriundum. Callistr. in l. de iure, 37. ad municipal. ¶ Lex alia de honoribus est deferendis a decurionibus, vt de 27. honoribus non continuandis a patre in filium, in eadem domo, l. de munerib. §. honoribus non continuandis. lib. 10. C. tit. 40. videlicet si in eius sit potestate, non autem si emancipatus filius. l. 3. de filiis fam. §. quemadmodum pro iis par. teneat. lib. 10. C. tit. 60. ¶ Ab honoribus ad honores eisdem, quinquennii datur 28. vacatio: triennii vero ad alios. Legatione autem perfunctis, biennii vacatio concessa est. Gordian. in l. ab honoribus, 2. de munerib. §. honor. non continuandis. lib. 10. C. cum similibus, ibi notat. l. Paulus respondit, 8. de legation. in P. Nec volens quidem continuare vel repetere honores temporarios potest, l. honor municipis, 14. §. gerendorum, de muneribus in P. l. nemo, §. lib. 1. Cod. tit. 52. aliter in legem Iuliam de ambitu incidit, cum publicae disciplinae semel getta sufficiant. l. vni. ad legem Iul. de ambit. lib. 9. Cod. tit. 24. Neve ambitione & frequentia ordinationis, & continuatione curae, & per quandam machinationem munus renouando, fiat aliquibus infinita praedicta gubernatio. §. fin. de defensor. ciuitat. in aurb. collat. 3. tit. 3. Decuriones hinc eximuntur, qui possunt, si velint, non autem inuiti, honores iterum repetere. l. 1. de munerib. §. honorib. lib. 10. Cod. l. diuus Seuerus, 18. ad municipal. quando in eorum fauorem concessa sunt tempora, non aliter: quia hi potius consili gratia, & ratione oneris honores habent. Et in aliis adhuc consiliariis licet omnibus iudicibus illi praeditis potestate consiliarios eosdem secundo & tertio sibi & saepius adiungere: quia qui semel bonus cognitus est, non debet ob hoc solum, quod iam probatus est, improbari. l. liceat, 12. de assessor. lib. 1. Cod. tit. 52. Cogit etiam necessitas, & penuria hominum, magistratus & honores repetere, si alii idonei non reperiantur. l. honor municipis, 14. §. fin. §. l. estimationem, 16. §. si de muner. §. honoribus. l. vt gradatim, §. quoties, eod. si etiam expedire videatur, ciuitas, vel decuriones & ad honores, non expectato curriculo annorum, eligere potest, vt in defensor. constat: nullo videlicet reluctante. in §. fin. de defensor. ciuitat. in aurb. ¶ Deinceps alia lex, vt ordine vnusquisque municipum honoribus & muneribus legatione fungatur, prout quisque prior

in ordinem adlectus est: aliter sequentes non coguntur subire. *l. ut gradatim, de muner. P. l. 4. §. ordine, de legation. P. l. 1. de muneribus patrimoniorum, lib. 10. C. tit. 4. 1.* Verumtamen ordo decurionum non inspicitur, quando legatio discernenda: de primatibus, desiderat personas. *d. §. ordine.* Sic & statuit lex de gradibus magistratum decemuiralis, Magistratibus minoribus ad amplioem honoris gradum, primus ascensus esto. *Cicer. 3. de Legibus. d. l. ut gradatim, §. l. potioribus, de offic. prefet. urb. Cod. l. honor, §. gerendorum, de muner. & honor. P. l. qua utiliter, 47. de negotiis gesti. lib. 3. P. tit. 5. ca. sicut neophytus, 48. distinet.* Videlicet si digni, & idonei sunt, ut diximus, ita enim verum est, honores non ordinationibus, sed potioribus dandos. *Paulus, l. honores, 7. de decurion. P.*

31 ¶ Proxima hinc lex, maioribus honoribus functos, ad minores denotari non oportere, *l. 2. §. 3. quemadmodum ciuit. muner. indicantur, lib. 10. C. tit. 42.* præterquam si aliorum ciuium copia non sit, qui obsequiis ciuilibus fangi nequeant. *d. l. 3. quemadmodum ciuit. muner. a indicantur. l. honor, §. final. l. ut gradatim, §. quoties, de munerib. & honorib.*

32 ¶ Hac pertinet lex, ut decuriones secundum legem municipalem describantur: quod si lex cessat, dignitates erunt spectanda, ut scribantur eo ordine primi, quo quisque eorum, maximo honore in municipio functus sit: postea per gradus, qui secundis. Et mox qui nullo honore functi sunt, prout quisque eorum in ordinem venit. *l. 1. de albo scriben. lib. 50. P. tit. 3.* Potiores dignitates a principe, quam a municipio concessæ. *l. 2. eodem titul.*

33 ¶ Præteritur & in albo decurionum parer non habenti filios, ceteris paribus. *l. in albo, 9. de decurion. lib. 10. C.* Et idem ordo in dicendis sententiis in consilio decurionum, qui in describendo albo seruandus est. *l. 1. §. fin. de albo scriben. etiam ratione plurium liberorum. l. spurii, 6. de decurionibus.*

De Munere, Officio, & Potestate decurionum, & priuilegiis eorum. Cap. 14.

- 1 Decurionum officium libros memoria componere, iudicare.
- 2 Decurionum decreta que, & quomodo firma.
- 3 Ambitiosa decreta que dicuntur.
- 4 Salarium ex publico quando decurionibus constituere permiffum est.

- 5 Præceptores a quibus eligi debent. eod.
- 6 Decuriones nominant ad munera ut idonei suo periculo.
- 7 Venditio honorum curialium cum decreto decurionum.
- 8 Decurionum alia munera, & onera.
- 9 Domo curiales in ciuitatibus quas habent, tenentur reparare & nouas construere.
- 10 Curialium successio. eod.
- 11 Decurionum priuilegia.
- 12 Decurionum in officio delinquentium poena.
- 13 Decuriones habent immunitates ab extraordinariis muneribus.
- 14 Decurionibus locationes agrorum publicorum, & alia prohibita.

1 ¶ **L**ausius ¶ Vopiscus, in Tacito. Vnolphan. Lazius, lib. 3. commentar. reip. Rom. ca. 9. ad ordinem decurionum pertinuisse ait, res gestas, & approbatos auctores describere, quod quidem in urbe pontificibus incumbat. Habebat & album *λεξιλογος*: & librum, in quo iudices & iudicia describebat memoriæ gratia, vocant matricalem. *de albo situ. de albo scriben. in P. l. 50. tit. 3. P. l. si quis, 7. de iuri dict. omn. iudic. in P. l. Symmachus, l. 1. episto. ad Theodo.*

2 ¶ Munus aliud illorum, sententiæ ferre de quibusdam: unde decreta illorum premanant, firma & stabilia, ut quod semel ordo decreuerit, non rescindatur, nisi ex causa, quæ reipublice conducatur. *Callistratus l. quod semel, 5. de decretis ab ordi. facien. l. 50. P. tit. 9. l. nominationum, 45. de decur. l. 10. C. l. aliud est, 121. §. refertur, de reg. iur. P.* Et dum modo legitime & sufficienti numero decuriones conueniant. *l. 2. de decre. ab ordi. faci.* Lege autem municipali cauetur, ut ordo non aliter habeatur, quam duabus partibus adhibitis. *l. 3. eod. titu. de decret. ab ordi. faci. l. nominationum. 45. de decurio. lib. 10. C. c. qui fuerit, de elect. l. nulli, quod cuiusque vniuersi. nomine P.* Item ne ambitiosa sint decreta eorum, alioquin irrita sunt. *Lambitiosa, de decret. ab ordi. facien. in P. l. 2. de decre. decur. l. 10. C.* Vt & huiusmodi aliorum iudicium sententiæ. *l. fin. si iusto. vel curat. fals. excus. sit lib. 5. C. tit. 63.*

3 ¶ Ambitiosa decreta videntur illa, quæ largiuntur ex publico tunc utilitate publica, & quæ magis ad captandam gratiam, aliorum in fauorem decurionum, qui statuunt, fiant. *l. preses pronuncia, 12. C. de transact.* Exemplo eorum qui candidati circuibant populum, & suffragia mendicabant vel largitione, vel alio mo-

do, ad obtinendos magistratus, vel honores, ut suo loco de ambitu diximus. ¶ Ita communi iure prohibitum præbere salarium ex publico, sine speciali principis licentia. *l. 1. de preb. salar. lib. 10. C. tit. 36.* Permissum tamen est, decurionibus decretis suis, antistitibus liberalium artium, & medicis, immunitates præbere. *l. 1. de decret. decurion. lib. 10. Cod. & salaria de publico constitueret. l. 4. de decret. decur. vbi vario.* Quod & in professoribus alii literarum, & doctoribus legum receptam est: quibus Constantinus Imperator iubet mercedes & salaria reddi, quo facilius liberalibus studiis, & memoratis artibus multos inlituant. *l. medicos, 6. §. fin. de professio. & medic. lib. 10. C. tit. 52.* Et Vlpianus recte putat, & horum electionem, potius committendam & permitendam ciuibus, quam præfidi prouinciæ, ut quia de illorum personis, in medicorum electione, & suorum agatur periculo, *Vlpian. in l. 1. de decret. ab ordi. facien. P.* multo magis dum de iuuentutis agitur institutione, in quo animæ grauior iactura. *l. sanctimus, C. de episco. & cler.*

¶ Nominant ad certa munera decuriones quosdam, ut idoneos solemner in curiam conuocati, suo videlicet periculo: nam si non nominandum nominauerint, & ipse prouocauerint, apud præfidem prouinciæ, & obtinerit, sumtus litis a nominatore recipit. *l. 2. C. de decurion. lib. 10.* alioquin enim is qui nominatus est, si non appellauerit, vel si se non excusauerit, tenetur subire magistratum. Et si aufugerit, requiritur, & captis pignoribus, seu eius bonis permiffis eis, qui in locum eorum ad munera vocabuntur, coguntur: atque inuenti postea, biennio munus illud, quod refugerunt, subire coguntur. *l. si ad magistratum, 18. de decurio. l. 10. C. l. murileguli, de murileg. l. eod. 10. C.*

¶ Adhuc quoque ordo decurionum, vel maior pars, decretum in venditione rerum immobilium curialium, vel curia, quæ non nisi decurione probante causam venditionis, fieri potest. *l. 1. 2. 3. de præditi decurionum sine decret. non alienand. l. b. 10. Cod. tit. 33. nouella 38. §. perfecerrunt, & nouella 87.* alioquin autem filio bona vindicantur alienata, & tantundem. *l. ordine, 15. §. in fraudem, de decurion. lib. 50. P. tit. 1.* Interponunt & decretum in syndico eligendo. *l. nulli, quod cuiusque vniuersi.* conficiunt statuta, quibus tenentur tantum, qui sciuerint, non alii. *l. fin. de decret. ab ordin. fac. P.*

¶ Munera quoque alia decurionatus sunt plura: inter cetera, 7 vt teneantur curia, cui adscripti sunt atque filii eorum inferuire, nec vllam aut sint affectare militiam. *l. qui derelicta, 17. l. ne quis officialium, 38. §. leg. quam prouisum, 51. & l. si quis decurio, 55. de decurio. lib. 10. Cod. l. militariibus, nullum munus vel officium extra municipium capere possint, & retrahantur, l. 1. de decurion. in P. leg. si quis decurion. 16. l. curiales, 25. & l. fabricenses, 22. l. quidam ignavia, 26. l. omnes omnino, 50. l. Alexandrinis, 56. de decurio. l. b. 10. Cod. l. unica, si curial. relicta ciuitate sua habitare maluerit, lib. 10. Cod. tit. 37. l. 1. de priuileg. corporato. urbis Romæ, lib. 11. Cod. tit. 14. nisi in certis priuilegiatis dignitatibus. l. curialibus, 66. de decurio. lib. 10. C. Quinimo & licet diuuiris, seu ei qui præest decurionibus, si prædis defuit copia, propria auctoritate manus iniicere in suum fugientem, vel alibi existentem decurionem, & curia suæ vindicare ad examen cogitoris deducendum. *l. generali lege, 154. de decur. lib. 10. C.* Neque enim per vicarium teruire possunt, nisi speciali priuilegio muniantur. *l. nullus, 60. de decurio. lib. 20. Cod.**

¶ Singularum quoque urbium curiales, etiam inuiti, vel reparare intra ciuitates, quas olim habuerint domos, vel de nouo ædificare coguntur, illic semper munus inferuituri, & auctori proprietariæ ciuitatum frequentiam, *l. singularium, 8. de adificiis priuat. lib. 8. C. tit. 10.* Proinde decedentibus curialibus & succedentibus extraneis curia sibi vindicat quartam partem bonorum, *l. 1. & 2. quando & quibus quarta pars debeatur, lib. 10. C. tit. 34.* per quam auxilium & opem conferunt ciuitatibus, vel municipiis propriis. *l. fin. de his qui sponte public. munera subeunt, lib. 10. tit. 43.* Quando autem curialibus, curiales filii, vel feminæ curialibus nupte succedunt, vel extranei curiales: tunc in totum nulla deductione quarta facta, siue ex testamento, siue ab intestato succedunt. *l. 2. §. fin. 3. quando & quibus quarta pars debeatur, lib. 10. Cod. nouella constituit. 28. §. post hac videmus, & §. quoniam vero, & §. que ad §. ad hac quartam, & constituit. 101. §. quod si decurionis cum leg. Inter viuos vero dittractio prædiorum curialium facta, aliam in iure habet considerationem. *l. 1. de imponend. lucratina describ. lib. 10. C. tit. 35.**

¶ Inter priuilegia decurionum, ut facultatibus lapsis alimenta decenti